



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

Præfatio Ad religiosum, deuotum, Christianum Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

P R Æ F A T I O

Ad religiosum, deuotum,
Christianum Lecto-
rem.



Quantum ad quotidianas rerum diuinarum meditationes solidè fructuoseque instituendas præsidium sit, pie Asceta, materias meditando mysterijs temporis Ecclesiastici, & propriæ cuiusque spirituali necessitati ac deuotioni congruentes, in paucula puncta non nimis succincta & ieiuna, sed neruosa & succulenta, quæ facilè tamen memoria retineri queant, ordinatè, dilucidè, atque ad motum accommodatè digestas, affectusque præcipuos ex ijs congruenter eliciendos in promptu habere, in seipso sæpenuerò experitur, quisquis non segniter op-
tatum.

Ad Lectorem.

ratum ex hac pia afcefi fructum referre nititur. Non raro namque vfu venire solet, vt spiritualis militiae Tiro parum in hoc armorum genere versatus, hoc subsidio destitutus, tempus præparationi ad crastinam meditationem designatum prius elapsum deprehendat, quam se resoluat quam de re meditationem instituire postero die libeat; atque ita imparatus exiguo cum fructu ad hanc tam singulare omnimodæ perfectionis assequendæ medium prosilire consuescat. Cùm verò non cuiusque sit ex tempore rerum meditando tempori & spirituali profectui magis accommodatarum capita seligere, in certa puncta aptè dispartiri, affectusque magis idoneos inde formandos præsignare: cum id & peritiam aliquam, & tempus non exiguum, & industriam non mediocre requirat: hoc ego te labore subleuare decreui, per hoc anniuer-

*

4.

farium.

Prefatio

fariarum meditationum Diariũ, partim ex pijsſimis iuxta doctiſſimisq̃ue R. P. Ludouici de Ponte tomis, partim aliundè, iuxta nutum ſanctæ Obedientiæ diuinæ voluntatis interpretis concinnatum. In quo materias præcipuas magisq̃ue fructuoſas, de quibus tum ad ſolidum in ſpiritu proſectum promouendum, tum ad deuotionis tempori congruentem affectum excitandum quotidianæ poſſint inſtitui commentationes, in ſingulos anni dies digeſſi: eo conſilio, vt & tædium ex crebriore eiufdem rei conſiderandæ repetitione ſubrepere ſolitum tolleretur, & affectus myſterijs, quæ tunc temporis recolit Eccleſia, conformiores facilius efficaciusq̃ue frequentarentur. Hunc verò in ijs aſſignandis ordinem ſeruandum cenſui, quem in diuino officio diſponendi ſeruat ſancta Mater Eccleſia, vt pari quali paſſu eadem myſteria, aut ſaltem ijs aſſinia,

Ad Lectorem.

finia, quantum fieri potest, quæ in dicto diuino officio recoluntur, in quotidianis quoq; meditationibus profundius expendantur, ad desideratos pietatis sensus, affectusq; hac ratione suauius concitandos, & vehementius inflammādos. Quamobrem eas in sex diuisi partes, quarum 1. Ab Aduentu vsque ad Septuagesimam, complectitur gaudiosa Verbi incarnati, nati, & priuatā vitam vsque ad trigessimū ætatis annum agentis mysteria. 2. A Septuagesima vsque ad Pascha, motiua contritionis, & dolorosa mysteria Dominicę passionis. 3. A Paschate vsque ad octauam Corporis Christi, seu Dominicam secundam post Trinitatem, gloriosa Christi resurgentis, ascendentis, Spiritum sanctum mittentis mysteria, præcipua Dei beneficia, cœlestia gaudia, attributa diuina, SS. Eucharistię encomia. 4. Pars, à Dominica secunda post Trinitatem
* § vsque

Praefatio

vsque ad Aduentum. , præcipua à
Christo tempore prædicationis re-
uelata mysteria, communicata do-
cumenta, relicta exempla, facta mi-
racula, collata beneficia. 5. De Festis,
ac Viris SS. quorum memoria solē-
nius per annū in Ecclesia consuevit
celebrari, accommodatas ad præcla-
ras eorum virtutes ac res, gestas æ-
mulandas, continet meditationes.
6. & Postrema similes, & quidem
quingenta peritiles de præcipuis
virtutibus perfectè exercendis, quæ
subindè alijs interferi, & crebrius
per annum pro cuiusque deuotione
& spirituali necessitate ad maiorem
nunc in hac, nulla in illa virtute pro-
fectum possunt vsurpari. Ex his pa-
tet non solum singulis Dominicis ac
festiuis, sed & singulis feriatis per an-
num diebus proprias & rationi tem-
poris conuenientes in hoc Diario
exhiberi considerationes. Hoc ta-
men aduertendum in Dominicali-
bus,

bus de Euangelio occurrente meditationibus assignandis me secutum morem Gallicanæ Ecclesiæ, utpotè in hisce partibus Germaniæ vsitatum: si quis malit sequi usum Romanæ, in transpositione nonnullarum facilè assequetur. Neque solum hæ sic in singulos anni dies ordine digestæ commentationes suppeditant semper nouam vberemq; materiam pro ordinaria & quotidiana meditatione, sed plurimæ earum etiam seruiunt pro extraordinaria spiritus recollectione tam prolixiore, quam breuiore instituenda, quarum proinde peculiarem indicem generali singularum partium indici mox subnectam: ut si cui his uti libeat, in promptu eas ordine dispositas habeat. Porro in plerisque punctis rerum meditandarum disponendis hæc tria fermè, nisi per se nonnulla horum satis euidenter pateant, nunc strictius, nunc paulò prolixius incul-

Praefatio

cantur. 1. Proponuntur momēta rationum, ac fundamenta solidorum discursuum idoneorum ad præfixos affectus ciendos. 2. Insinuantur cōclusiones practicæ ex præmissis, seu veritatibus clarè apprehensis eruēdæ. 4. Indicantur affectus voluntatis congruenter inde eliciendi, & nonnunquam modus perfectus eas exercendi, & diutius continuandi. Ad hæc enim tria in omni meditatione præcipuè est attendendum, vt videlicet per solidos discursus veritates quouis puncto contentæ profundè penetrantur: conclusiones cum propositis practicis ex ijs inferantur: & motus affectusq; imperati per iudicium practicū intellectus, momētis rationū conuicti seridè eliciantur, cōfirmentur, continuentur, cum in iis potissimus meditationis fructus cōsistat. Què vt vberiore ex materiis meditandi hoc libello comprehēsis percipias, necesse erit industrias meditandi

Ad Lectorem.

ditādi in prima parte Enchiridii in-
dustr. c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. prolixè explica-
tas accuratè legisse, benè perpēdisse,
& præcipuas memoriæ infixisse: Si-
militer plurimum proderit medita-
tiones de virtutibus in sexta huius
opusculi parte ordinatè digestas at-
tentè legere, & crebra relectio-
ne tibi familiares reddere. Ex his enim
omnibus magnum habebis subsidi-
um ad vberiores profundioresque
discursus formādos, affectusque in-
tensiores, efficacioresque excitādos:
clareque deprehendes non temerè
similem in plurimis meditationum
materiis disponendis modū seruari,
sed dedita opera, tum vt facilius te-
naciusque puncta assignata memo-
riæ infigantur, tum vt profundius
veritates illis comprehensæ pene-
trentur, ad euidentiores conclu-
siones practicas, & solido profe-
ctui spirituali accommodatiores
inde deducendas. Insuper experi-
entia

Prefatio

entia disces, nonnulla verba, quæ in his creberrimè repetuntur, rationemque discutendi, vel affectu excitandi secundum quatuor dimensiones inculcant, e. c. *Immensurabilis, infinitus, interminabilis, incomprehensibilis, & latè, purè, intensè, constanter, insatiabiliter,* & similia non esse Synonyma, sed peculiare suppeditare modos, & quidem amplissimos, discurrendi, affectusque & virtutum actus perfectissimè exercendi & continuandi. De his te, Christiane lector, præmonendum duxi, quibus observatis, spero te eximium ex quotidiano huius Diarij usu fructum relaturum, magnamque præcipuorum fidei nostræ mysteriorum, eorumque omnium, quæ ad insignem in omni Sanctitate & Iustitia progressum faciendum plurimum valent, cognitionem, cum tenero erga Deum respectuque diuinas omnes affectu hausturum, ardentemque in triplici via per-

Ad Lectorem.

in
o-
x-
n-
is,
bi-
a-
y-
o-
r-
is
1-
r,
r-
a-
t-
i-
e
ni
-
-
-
a.

perfectionis magnis passibus pro-
grediendi zelum concepturū. Quod
vt seridò & constanter assequi cone-
ris, (& quidem nouo feruore spiri-
tus, hoc potissimum tempore, quo
post tot. sæuissimas persecutionum
& seditionum Ecclesiæ orthodoxæ
in Germania nostra iugulum peten-
tium procellas iam sedari cœptas,
mira Dei prouidentia, pristina du-
dumque expetita rursus affulgere vi-
detur tranquillitas) ex animo voueo:
meique peccatoris voti compos fa-
ctus, in tuis apud Deum pijs suspirijs
vt subinde meminisse digneris, hu-
millimè rogo. Fruere ergo hoc qua-
liquali labore meo, imò potius mu-
nere diuino, ad maximam gloriam
eius, à quo ceu inexhausto mari, vti
omnia profluxerunt, sic in eundem
refluant flumina gratiarum. Hunc
proinde mecum, & pro me breui in
puluerem redigendo, omni possibili
affectu benedicere, laudare, & su-
perex-

perex-

Prefatio

perexaltare ne obliuiscere, quoties
hoc manuale in manus sumere cum
pio serioque perfectè eidem placen-
di desiderio dignabere. Hoc votum
meum obsecro ratum habe, &
Deo æternùm viue. Treui-
ris. 9. Ianuar. Anno

1633.



INDEX